

Tempus pascendi uenerat et
ecce germen mundo eius exiuit
tunc et prius egressus est ductus
erat totus in medio pelus hyspidus.
Vocatum est nomen eius esau. Post hu
ius egressus planum fris tenebat
manu, et idcirco appellatus est Ia
cob quasi ipse quam

Unter die letzten 3 Drucke =

(= 44) 1) Sacrobusco, Johannes de

Sphaerium opusculum.

(Leipzig: Drucker des Caposthuts, 1485-1489)

Hain: X 14 995

BMB. III, S. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vegius, Maffeus (nicht: Vitruvius!)

De veritate et philalethe

Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain X 15929, BMB III S. 632

BMB III, S. 623

3. Tibullus Albinus

Ec. 8

(= 46) Elegia de amore et laudibus Messalae

Leipzig: Konrad Kachelofen, nicht nach 1487

IN OBÍTV

MARTHÆ GREGORII BERSMANI F. VNICE DILECTAE, PVELLAE SVPRA AETATEM

indole egregia, & singulari morum suauitate præditæ,

Epitaphia, & carmina consolatoria.

VITAM IN HIS TERris sine placido & beato in complexu patris clausit, Anno Christi Iesu M. D. XCVIII. Mens. Maij. Die XX. Hor. VIII. mat. C.V. Annos III. Mens. X. Dies XII. Horas III. cum semisse.

Prop.

Tot bona tam paruo clausit in orbe dies.

SERVESTAE

Typis Iohannis Schliers, Anno 98.

42

EPITAPHIVM

MARTHÆ FILIOLÆ GREGORII BERSMANI, RECTORIS Illustris Gymnasij Seruestani.

NVper amor patris Bersmani, & gratia matris,
Nunc vtriusq; dolor, MARTHA quiescit humo.
Quæ præcepta Dei complectens pectoris haustu,
Seruauit Christo jura, datamq; fidem.
Ac ignara doli, precibusq; assueta sacratis,
Diuinæ species æmula gentis erat.
Creuit in hanc igitur pietas innata parentum,
Ad quos composuit seq; operasq; suas.
His se iucundam exhibuit, curamq; serenis
Vocibus extinxit, lætitiamq; dedit.
SED nulla est placitis rebus mora: lætaq; fiunt
Tristia, nec temerè, sed moderante Deo.
Sic vbi vi flatus spirandi est pressa facultas:
Vt flos imbre grauis, colla reflexit humo.
Sed caput attollet cœlesti rursus in horto,
Per Christum asserti MARTHA corona gregis.

Iohan. Maior. D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495984-p0004-5

MARTHVLAE FILIOLAE
vnicè dilectæ.

TE quoque, ne praui inficerent contagia ſecli,
Gliſcentis traheret néue ruina mali,
Exemtam vitijſq; hominum, vitæq; periclis,
Adſciuit ſuperûm, Marthula, Ioua choris.
Denos poſt primæ menſes trieteridos, atq;
Bis ſenos, (æui heu quantula ſumma!) dies.
Certamen gemino, mea tu ſcis nata, parenti
Celicolûm de te cum patre, grande fuit,
In partes dum quiſq; ſuas te pertrahit, illi
Pugnantes precibus, jure ſed ipſe ſuo.
Celeſtûm vicit jus inſuperabile patris:
Nil lacrymæ, amborum nil valuêre preces.
At tibi, Martha, bonó fuit hæc victoria, victis
Quæ luctum ingentem cordoliumq; dedit.
Mortali nam pro vita, plenaq, laborum,
Reddidit æternæ præmia lætitiæ.
Da veniam, precor, ô lacrymis pater alme parentum,
Qui fletu natæ gaudia proſequimur.
Et dabis, hos animis qui motus indis, amoris
Nos erga teſtes, vnigenamq;, tui.

Gregorius Bersmanus P. mœſtiß.
non ſine lacrymis H. M.
B. M. P.

Epitaphium eiusdem.

Hîc extincta jacet primo sub limine vitæ,
Marthula, Bersmani progenerata satu;
Deliciæ nuper solatiolumq; parentum,
Nunc dolor, & luctus causa caputq; noui.
Vix dum viuendo ternos exegerat annos,
Tercentum his, bis sex addideratq; dies:
Cùm Deus ereptam mortalis casibus æui,
Transtulit ad superas in sua regna domos.
Illa quidem, vitæ vsuram nisi fata negassent,
Laus erat & generis fama futura sui.
Hoc pudor, hoc probitas, hoc blanda modestia morum
Spondebant, balbo hoc gratus in ore lepos.
Est aliter visum cœli terræq; monarchæ,
In cuius sita sunt stamina nostra manu.
Ille diem fati solet his properare supremum,
Eximiè caros quos habet, atq; fouet.
O multùm dilecta Deo, soror optima salue,
Salue cœlicolûm consociata choris:
Accipe quas fundo lacrymas tibi frater ademtæ,
Accipe supremum funeris officium.
Illa dies, germana, meum quæ finiet æuum,
Ereptam reddet te mihi, meq; tibi.
Interea florum tumulus tibi vernet honore,
Et tua defunctæ molliter ossa cubent.

Marthæ sorori suæ suauiß. in acerbo officio mœrens F.
Gregorius Petrus Bersmanus Frater.

Epi-

EPIGRAMMA

παρηγορικὸν ad parentes.

MARtha tenella licet membris, ætate quadrima,
Supplebas æui stamina trunca tui
Moribus, ingenio, donis & Flaminis almi,
Spes quibus & gemini cura parentis eras.
Abstulit ista Deus sed cur solatia mœstis,
Impius in toto dum furit orbe Draco?
Nempe quòd hos pendere à se vult speq; fideq;,
Mœstitia in luctus, sub cruce perpetua:
Sed cursu te ritè breui sancteq; peracto,
Amplexu nati lætitiaq; frui.
Has tamen ærumnas inter, sua gaudia neutrum
Deficiunt, Flatu sufficiente sacro.
Nec robur viresq;, ducis nec dextera Christi
Victrix, angelici præsidiumq; chori.
His si confidant, vincent aduersa ferendo,
Et quæcunq; domi sunt mala, quæq; foris.

Caspar Peucerus D.

ALIVD παραμυθητικὸν
ad eosdem.

ALlatis ad se pueris λόγος oscula figit:
Aeterna æterni CHristus imago patris.
Nec tulit astantùm prohibentia murmura:
Ad me confugiat grex, ait, ille miser? (quid ni

Pro quibus è cœli descendi culmine, nullus
Pellat ab amplexu pignora cara meo.
Siste pater gemitus, lacrymarum flumine, mater,
Ob nata funus parce rigare genas.
Infantes abigit carnis sapientia, Christus
Susceptis tradit regna beata Patris.
Vt pueri regnum patris ingrediamur oportet,
Ad cœlos reliquis janua nulla patet.

M. VVolffgangus Amlingus.

CARMEN CONSOLATORIVM *ad parentes denatæ.*

BERSMANE, vates atq; colliega inclute!
Tuæ ne cogor facere lessum filiæ?
Funebreq; carmen exarare MARTHVLAE
Illi puellulæ aureæ, illi Flosculo,
Illi Osculo, illi suauio, illi gemmulæ,
Medullulæ Charitum, parentumq; animulæ?
O! quam graue his humeris onus & impar leuo!
Carminis enim auctori canendum est optimo
Carmen, ferendæ nempe Athenas noctuæ.
Hinc mitigandus est Patri, à non patre, dolor;
Quo maior haud cor anxium lacit, aut lapit.
Non cura, non ærumna maior est jecur.
Tenella siquidem & corda nobis indidit
Natura, qui à cunabulis, reor sumus
Bonarum & artium, bonarum & partium.

Illam que

Illamq; credibile est tibi(cui de luto
Meliore Titan finxit olim viscera)
Thyrso acriore hausisse pectus nobile,
Vt amore maiore sobolis tuæ flagres,
Magisq, lentis macereris ignibus.
Nec carmen asciare Aperta modò finis
Vocatus etiam:neq; nouensilis mihi
Turba annuit: nec respicit me hoc puluere,
His occupationibus scholasticis,
Mediisq; Virgidemiæ inficetiis:
Multùm quibus moueo ipse,promoueo parùm.
Dicendum aliquid est tamen:& est cum flentibus
Flendum,atq; mœrendum acriter cum talibus,
Mœrentibus,dicam,an merentibus viris.
Etenim,redundans ceu capitis alti dolor
In membra subiecta huc & illuc diditur:
Sic fas erit,domestico vt luctu tuo,
Nos quoq,,quibus das jura RECTOR musica,
Animumq; nostrum stringat ægrimonia:
Et hasta mortis vulnere aliquo pectora
Degustet.Eheu!vita tantùm nomine
Vita est, reapse Labor(Cothurnatus refert
Poeta)cui si fecit vnquam ætas fidem,
Afflicta certè nostra tempestas facit.
Conterimus ætatem gemitibus: publicè
Circumstat horror nos futurorum ob metum;
Angore cor præsentia coquunt:memoria
Retractat acta cum stupore tempora.
Neq; id satis: priuatim habenis concita
In nos quasi arietat calamitas vndique,
Telóq; capita mors petit carissima.
Sed habet bene. Piis omne cedit in bonum,
Licet malum sit maximum, & grauius nece:
Nouitq, bona Deus è malis extundere.
Vnc ille MARTHVLAM tenellam prouidus
bduxit instanti procellæ,ac turbini
[illegible]orum& ærumnarum. Et AGNI sanguine

Tincta

Tinctæ dat vt trieteride actâ; messibus,
Inquam, tribus denisq; mensibus:
Terq; insuper vernis quaternis solibus
Clausis solo: viuat Polo, Christi in sinu.
Hoc tibi patri, BERSMANE, quin parentibus
Vtrisq; curam emouear, hoc lacrumas genis
Abstergat: hoc solatium menti adhibeat,
Cælestibus menti recoctæ ab ignibus:
Hoc ipsum animo in arduis, certissimi
Sapientiæ simul, medioxumi, imi; suggerunt:
Quos inter anser velut olores ego strepens,
Si versibus feci minus satis:
Certè tibi officium placebit amiculi.
Sic filiæ superstites Matrem; precor,
Sic filij referant superstites PATREM.

Albertus Voitus.

Eurip. incert.
πατρὶ δ' οὐδὲν ἥδιον
κόρης θυγατρὸς, ἀρσένων δὲ μείζονες
λυγαὶ, γλυκεῖαν δ' ἡδὺν εἰς θωπεύματα.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495984-p0011-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495984-p0012-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495984-p0013-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495984-p0014-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495984-p0015-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495984-p0016-2

Fol. 1588.
880
Ink.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495984-p0017-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495984-p0018-4

OBÍTV

RTHÆ

ORII BERS-

. VNICE DILE-

LAE SVPRA AETATEM

gia, & singulari morum

uitate præditæ,

, & carmina consolatoria.

IN HIS TER-

o & beato in complexu

, Anno Christi Iesu M.

Mens. Maij. Die XX.

t. CV. Annos III. Mens.

XII. Horas III.

m semisse.

Prop.

paruo clausit in orbe dies.

RVESTAE

nis Schliers, Anno 98.

42